

Johann Fecht

**Facultatis Theologicae in Academia Rostochiensi Decanus, Joannes Fechtius, ...
Ad Disputationem Inauguralem De Extante In Ecclesia Arcanorum Divinorum
Cum Prophetis, Dei Servis, Communicatione, iuxta dictum Amosi c. III. v. 6.7.8. a
... Samuele Starckio, Pomerano ... Pro Licentia obtinendi gradum decusq[ue]
Doctoris, Ad diem XIX. Maii ... observanter comiterq[ue] invitat**

Rostochii: Weplingius, [1693]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730874443>

Druck Freier  Zugang



RU theol. Mai 1693

Fechtius, Jo.



Q. F. F. S.

Facultatis Theologicæ in Academiâ
Rostochienfi DECANUS,

JOANNES FECHTIUS,

SS. Theol. D. & Prof. Ord. Consistorii Ducalis

Adessor & Districtus Rostoch. Superintendens,

Suo & venerandi Collegii Theol. nomine,

AD

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DE EXTANTE IN ECCLESIA

ARCANORUM DIVINO-

RUM CUM PROPHETIS, DEI SERVIS,

COMMUNICATIONE,

Juxta dictum Amosi c. III. v. 6. 7. 8.

4

PL. REVERENDO ET PRÆCLARISSIMO UIRO,

**DN. M. SAMUELE
STARCKIO,**

Pomerano, Synodi Darguno - Neocaldensis Præposito

& Eccl. Neoc. Pastore dexterrimo,

Pro Licentiâ obtinendi gradum decusq; DOCTORIS,

Ad d. XIII. Maij, horis antea - Spom.

IN AUDITORIO MAJORI habendam,

MAGNIF. AC. RECTOREM, Patresq; ac Cives Academicos

omnes, observanter comiterq; invitat.



Rostochij Typis JOH. WEPPLINGIJ Univ. Typogr.

Facultatis Theologicae in Academia
Rostochensi DECANUS

JOHANNES FECHTUS
Ss. Theol. D. & Prof. Ord. Confessorialis
Adloc. & Publicae Lect. in Theologia
Two & Curam Collegii Theol. Rostoch.

AD
DISPUTATIONEM INAUGURALEM
DE EXTANTE IN ECCLESIA
ARCANORUM DIVINO
RUM CUM PROPHETIS DESERV
COMMUNICATIONE
Inauguratum Anno 1782

EL. ROSTOCHENSIS ET ROSTOCHENSIS
DR. M. SAMUEL
STARCKO

Pastorano, Synodi Darmino - Noveboracensis Praeceptor
& Eccl. Theol. Pastore Rostoch.
Prof. Theol. Ord. Confessorialis, DOCTOR
ANNO 1782
IN AUDITORIO MAJORI ROSTOCHENSIS
CANTUARII AC ROSTOCHENSIS
Rostochii Typis JOH. WELPMUNDI Typogr.



Um exempla effica-
cius quam præcepta mo-
veant & virorum, qui ingenio atq; in-
dustriâ ad præclaram bonarum re-
rum scientiam virtutesque, vel reip.
vel Ecclesiæ profuturas, pervene-
runt, depictæ vivis coloribus imagi-
nes, alios ad æmulationem fortissimâ quadam vi pro-
vocent, constitutum à sapienti antiquitate esse tradi-
tum est, ut quoties iis, qui id indefessâ sedulitate,
morumque, ad optimas leges compositorum, elegan-
tiâ promeruerunt, studiorum honores & ornamenta
conferenda essent, eorum vita in exemplum aliis, ean-
dem viam ingressuris, uberiori descriptione ob oculos
poneretur. Experienciâ quippe compertum est, plu-
rimos, qui vel ignavo otio vel voluptatibus in Acade-
miis diffluxissent, horum intuitu revocatos ad fru-
gem, ad parem vel majorem etiam adspirasse glori-
am. Alios, quos innatus ad liberalium disciplina-
rum cultum imperus ad similem laudem suapte sponte
inflammavit, majora nonnunquam viribus suis moli-
tos, inter rariora summæ eruditionis & pietatis exem-
pla postea extitisse. Jam nec in illis ipsis, qui ut aliis
exemplo essent, quod intuerentur, cujusque sectarentur
vestigia, adlaborarunt, virtus silentio sepelienda esse
videbatur. Nefas enim est, quos vel natura ad veræ
solidæque laudis imaginem genuit, vel diligentia at-
que contentio expolivit, sine vitæ actuumque comme-
moratione, tanquam fugitivos, elabi. Nefas est, sus-
furari aliis honestissimæ imitationis occasionem, cujus
nul-

nullibi impensius est desiderium, quam cum aliorum conatus, ardores, successus legendo, & quales se gesserint atque quo pacto ad id decus pervenerint, avidè cognoscendo, tales fieri atque esse & optamus & laboramus. Ignavissimi planè est, audere nolle, quo aliorum, qui enisi jam laudabiliter sunt, vestigia ducunt, ad quæ adepta ab aliis gloria invitat. Quamobrem commendanda utique majorum nostrorum sollicitudo est, quod, qui semper occupati fuerunt in melioribus literis excolendis, qui nulli unquam operæ, nulli labori, ut aliquando reip. utiles essent, pepercerunt, hos prædicarent, laudarentque meritis encomiis; tum quod publicè interesse putarent, durare exempla, quæ ad imitationem aliis prodesse, tum quod majorem gratiam laborumque præmium excitatis industriisque ingeniis referri haud posse statuerent, quam si, quæ benè ab ipsis gesta essent, ad omnium hominum memoriam, euntibus ad posteritatem scriptorum monumentis, transcriberentur. Cum itaque in almâ hac doctrinarum virtutumque officinâ novum se nobis obijciat exemplum, ex quo, qui honestam, Christianamque laudem consequi expetunt, documenta haurire queant, mearum partium esse duco, priscorum patrumque nostrorum voluntati obsequi, illudque ingenuis mentibus ad imitationem non simulatam qualicumque penicillo delineare. Is est, quem in alloqvii hujus fronte signavi, M. SAMUEL STARCKIUS, Parentes ei fuerunt ANDREAS STARCKIUS, qui in Sutorum districtus sui societate Senior primusque sententiam dixit; & ELISABETHA SIEVERTA; uterque & religiosa in Deum pietate & laborum, unde vitum sibi suisque honestissimâ ratione quærebant, toleran-

rantia & animi integritate, ante multos alios præstan-
 tes. Natus autem Pyriziæ, citerioris Pomeraniæ op-
 pido, die XXV. Februarii, anno supra millesimum &
 sexcentisimū quadragesimo nono, maturè Rectori
 Scholæ, BALTHASARI SCHÖNINGIO, & post eun-
 dem RUDOLPHO ERNESTO WIZENDORFIO,
 itemqve JOACHIMO WITTIO, Cantori, viro, cui
 nec eruditio defuit, nec docendi dexteritas, traditus est,
 qvi eundem per omne literarum eruditarum genus, La-
 tinarum, Græcarumque, ad recti honestiqve cultum per-
 ducerent. Docile verò & seqvax ingenium, qvod ad-
 misit haud ægrè, qvæ præcipiebantur, & facile hausit,
 translatus A. MDC LXV. ad Anclamense Gymnasium
 ita deinceps excoluit, ut Præceptoribus JACOBO MI-
 CHAELIS & DAVIDE MANDERSENIO, FRIDERI-
 CO item BOHEMICHIŒ, qvi Arithmeticam, nec non
 rudimenta Hebraicæ lingvæ ipsum edocuit, varia subin-
 de ederet specimina, cum Oratoria, tum Poëtica, Lati-
 na, Græcave. Qvæ cum auscultante Reverendo Mi-
 nisterio, Amplissimo item oppidi Senatu, recitarentur,
 ac ipse præterea STARCKIUS & probitate morum &
 impigrâ in studiis industriâ & promptitudine inservien-
 di & reverentia iis, qui cæteris præerant, alacriter exhi-
 bitâ, omnium sibi amorem conciliasset, non exiguum in-
 de fortunæ suæ tenuiori & futuræ vitæ sustentationi pon-
 dus accessit. Ab iis enim, ac præcipuè è Ministerio, à
 JACOBO BALTHASARIS, Ecclesiæ Præposito,
 M. FRANC. BUDÆO, DANIELE HAGIO &
 CHRISTIANO BURMEISTERO; è Senatu à D. AN-
 TONIO HELWIGIO, JOH. MARQVARDO, MAT-
 THIA CRUSIO, Consulibus, PETRO CISIO, aliis-
 que, Filiis ipsorum & Amicis in Academiâ Gryphiswal-
 densi,

denſi, (ad quam A. M DC LXIIX. ſeſe contulit) com-
mendatus, ingentia beneficia à D. HENRICO BAL-
THASARIS, à JO. CHRISTOPHORO STURZIO,
Coff. à D. CHRISTOPHORO HELWIGIO, M. JA-
COBO BALTHASARIS, aliſqve accepit. Hic nullâ
interpoſitâ morâ Philoſophicis ſcientiis, quæ ad majo-
ra viam ſibi planam facerent, totum adponere animum,
doctiſſimorumque eo tempore virorum, DEDEKINDI,
ROSENOVII, HENNINGII, nunc ibid. Theologi ac
FCtis Senioris, & in privatis Scholis JOANNIS ER-
NEſTI PFUELLII, tunc Eloqv. & Poëſ. Prof. nunc in
PRINCIPIS noſtri, optimi maximiqve, **GU-**
STAVI ADOLPHI MECKLEBUR-
GICI, aulâ Doctoris Theologi, longè latèqve inclyti;
M. PETRI STAMMIJ, M. CHRISTIANI PAPIJ,
hodie, ſi rectè novimus, Episcopi in Scania Londinenſis,
inque eâ Academiâ Theologiæ Profeſſoris, M. BAR-
THOLOMÆI SCHUZII, M. HENRICI PLADECH,
nunc primarii Eccleſiæ & Conſiſtorii Wismarienſis The-
ologi, à quo in Hebraicis & præcipuè juxta ductum
L. ALB. VOGTIJ, Ebr. Lingv. & Theol. tunc Profeſſo-
ris, in Accentuum ratione accuratius cognoscendâ pro-
fecit, (de quorum omnium doctrinâ, fide, bonitate, fa-
tis ex dignitate dicere non poteſt) audire monita, hau-
rire præcepta, ſcholaſque diu noctuque, privatim publi-
ceqve frequentare. Neq; id agere aut oſcitanter, aut
negligenter. Quicquid ab illis ſolidæ eruditionis docto-
ribus boni, quicquid præclari audiverat, id ſollicitè an-
notare, uſui poſthac ſuo recondere in chartas, para-
re, ubi ſe dederat occaſio, ad eruditorum palæſtras, in-
gredi certamina, nunc ſeſe defendere, nunc impugna-
re

re alios. Privatim nullum subterfugere laborem, nullis cedere vigiliis, meditari, legere, disquirere, commentari; quantumque ad hæc singula adferret ardoris ac impetus, tantum addere & constantiæ, ac, ut ita dicam, contumaciæ. Non eum occupaverat delira Fanaticorum persuasio, fœdari optimarum pulcerrimarumque rerum cognitione sanctius Theologiæ studium, quod haud felicius sese, quam in mentem, nativis tenebris liberatam, insinuat. Quare integri biennii, & quod excurrit, exacto in amplissimis scientiarum campis labore, editis etiam eruditionis speciminibus, utpote Oratione, versu compositâ, de Feriis canicularibus, nec non Disputatione, è suomet ingenio elaboratâ, de Calido innato, eâque præside D. CHRISTOPHORO HELWIGIO, Med. P. P. defensa, mirifico totius Collegii Philosophici applausu, Decano L. ALB. VOIGTIO, prævio examine in Candidatorum Philosophiæ numerum An. MDC LXX. receptus & postea, Rostochio eò profectus, Magister artium publicè renunciatus est, XXII. Octobr. MDC LXXIV. Qui hunc ei honorem sunt gratulati, quanti facerent ingenium juvenis, solidumque in variâ literaturâ profectum, significare non omiserunt. Ut cæteros prætereamus, D. MATTHÆUS TABBERTUS, Pro-Cancellarius in illo actu, carmen ait se scribere Clarissimo novello Magistro, *verè docto*. D. CHRISTOPH. HELWIGIO, Acad. Rector, & laudat & ominatur, jucundissima oda:

*Per ipsa Clivus ubera
Stillante lactis stillulâ
Es educatus hætenus,
Musisque mollioribus
Ad robur isthoc ductus es,
Quod universis perplacet;*

Ro.

*Robuste STARCKI. Pergē jam
Et tempera laudem hanc tuam
Curis severioribus.
Sic nominis famam Tui,
Quam leta suscitāt Gryphis,
Stupebit ævum posterum.*

Planè verò majores olim honores, post laudata omni-
genæ eruditionis studia, præfagiit, nunc noster, D.
PFUELIUS:

*Seu pensem studium invictum, flammamq; decoræ
Indolis, Ausonias artes, linguaq; Pelasgæ
Munera, & Eoo quicquid concluditur orbe,
Cordis depositum docti; quæ stemmata fronti
Et quas non laurus ventura in tempora spondet?
Primò equidem Gryphus se pignore jactat Apollo,
Expediensq; manu per mollia tempora laurum,
Talem, ait, huic capiti crebrò circundo coronam.*

Adplicuit primò animum ad medicinam, domestico
excitatus subsidio, receptus quippe in ædes victuri ad
omnem æternitatem Archiatri, D. CHRISTOPHO-
RI HELWIGII, quo doctore per integrum & ampli-
us anni spatium eos in Physiologiâ Medicâ, Botanicis
atque Anatomicis fecit progressus, ut in inauguralibus
Disputationibus Medicinæ Candidatis, NEUCRAN-
ZIO, HORNIO, OTTONI & LIBIO, opponere sese
& convellere proposita ab ipsis argumenta auderet. Ve-
runtamen Divino factum esse nutu credendum est, ut
à pientissimâ matre, quæ amissis reliquis filiis, obstricta
voto, hunc SAMUELEM DEO dedicaverat, retrahe-
retur

retur ab instituto, religionem optimæ matronæ com-
 probantibus Theologis. Quare suæmet conscientiæ
 consulturus sacrarum ante omnia Scripturarum lectio-
 ni sese totum dedit, dein pependit summâ diligentia
 à Theologorum ore, audivitque D. JOANNEM MI-
 CHAELIS & L. ALB. VOGTIUM, Theologiam The-
 ticam D. KÔNIGIJ, & hunc Evolutionem dictorum classi-
 corum & Delicias sacras; D. BARTHOLOMÆUMBAT-
 TUM, Augustanam Confessionem & Concordiæ For-
 mulam, D. MATTHÆUM TABBERTUM, Anti-
 quitates Ecclesiasticas, summâ fide studioque interpre-
 tantes. Quasque ex his fontibus imbiberat, scientias,
 disputando pro cathedrâ, bis Præsede D. TABBERT-
 TO, contra JAC. MASENIUM, semel de Missâ, iterum
 de Augustanæ Confessionis Germanitate contra præ-
 munitiones Masenianas; itemque sub præsidio D. JO-
 MICHAELIS de vera Christi Deitate adversus DAN.
 ZWIKKERUM, publicè inque oculis omnium demon-
 stravit. Magistri præterea Philosophiæ titulum non
 gessit inanem, sed memor, eundem jus etiam docendi
 ac præcipiendi tribuere, quicquid præclarè antea didicit,
 id aliis tradendum deinceps pro suâ virili & instillandum
 existimavit. In quibus acroasibus quo majori fide,
 dexteritate, industriâ versabatur, hoc magis propensos
 in se omnium animos, studiosæ cum primis pubis, deri-
 vabat. Jucundum ei fuit, circumfundi eorum cœti-
 bus, qui sapientiam amabant; jucundum, inter docen-
 dum doctrinæ opes amplificare. Cui fini & Acade-
 micam conscendit cathedram, Præseseque exercitationem
 de quæstione: *an plurimum in unâ per se, singulari, ea-
 demque simplicissimâ essentiâ hypostaseon assertio rectè rationi
 verè ac simpliciter contradicat?* non exiguâ cum laude
 deten-

) ()

defendit. Jsthæc variarum scientiarum ornamenta, quibus mores vitamque adversus corruptentium illecebras, machinasque tutam & ab omni maculâ immunem conjunxit, ut bonorum omnium affectum, ita præcipuè CONRADI & EBERHARDI à Bergæ / Amplissimi Reip. nostræ Urbanæ Senatoris, EBERHARDI à Bergæ / Filiorum, tum optimæ spei adolescentum, ipsi conciliarunt. Qui *Everhardus* cum in liberalem convictum, singulari & nunquam satis deprædicandâ magnificentiâ, STARCKIUM reciperet, Academiæ is nostræ, post quinquennium in Gryphicâ peractum, AN. MDC LXXIII. assertus est. Confestim verò in Theologorum, eo tempore celebratissimorum, HENR. MULLERI, AUG. VARENIJ & MICH. COBABI, quorum prælectionibus summâ voluptate interfuit, consuetudinem admissus, intra privatas ædes D. MULLERUM Calvinianorum Theologiam refellentem audivit. Ad hæc autem præ cæteris omnibus prædecessori meo, ingentibus in Ecclesiam universam, hanc præcipuè Academiam nostram, meritis conspicuo, D. AUGUSTO VARENIO. Huic primò Hiobum, mox ei familiarior redditus, cum paucis aliis universam Scripturam sacram, Theologiam item Positivo-Elencticam, deniq; Ecclesiasticam Historiam, intra quatuor propemodum annorum intervallum, edisserenti, tantâ religione, quantâ Pythagoram discipuli coluisse narrantur, auscultavit; Disputationem quoque in Deuteronomium primam eodem moderante publicè defendit. Id verò fecit eo successu, ut me iudice inter millenos viri discipulos vix quisquam alius magis VARENIANUS dici debeat: adeo ab eodem & eruditionem Biblicam & notitiam controversiarum & deniq; stylum loqvendi & disserendi rationem,
(quod

(quod quicumque VARENIANA legerunt, eaque cum STARKIANA disputatione component, statim ultrò animadverturi sunt) fidelissimâ imitatione traxit. Neque verò & hic prætermisit, apertis Scholis privatis, Philosophicis, Philologicisque, immò etiam, indulgente Amplissimo Theologorum ordine, Theologicis, eorum, qui solidam eruditionem amabant, usibus inservire. His instructus doctrinarum præsiidiis Noster A. MDCLXXVI. Ecclesiis Dargunensi & Røkenicensi, futurus animarum Pastor, præfectus est; ductâ in uxorem SOPHIA, MATTHIÆ PRISTAFFII, Pastoris quondam Brudersdorfensis Filiâ, à Privigno, JONA BUCERO, qui hodieque eidem Ecclesiæ præest, vir antiquæ fidei & candoris, rectè pieque; educatâ, relictâ ab antecessore suo, DANIELE LIVONIO, viduâ. Quo in officio rectè riteque, administrando per integrum quindecennium studium, fidem, prudentiam ac moderationem summam suminâ cum laude semper adhibuit, in id intentus unicè, ut commissi sibi gregis salutem magis, quam propria promoveret commoda. Et quamquam curanda jam esset familia, conferendique agri, & innumeri labores alii, ei que hæcenus planè inadsveti, subeundi, studiis tamen & optimorum librorum lectioni haut aliter incubuit STARCKIUS, ac si in Academiâ versaretur, nec poterat vel infantum puerorumque vagientium plorantiumque ejulatus, vel quærendi victus molestiis, vel excitatis ab inquieto servorum ancillarumque grege turbis, à literarum ardore avelli. Alienus longè ab eorum consuetudine, qui quum Ecclesiarum procuratori semel admoti sunt, otia sibi à studiis, & æstate quidem per campos saltusque discurrendi, hyeme verò stertendi impositam esse necessitatem autumant. Quæ res Serenissimum DUCEM, GUSTA.

(2

GUSTA.

GUSTAVUM ADOLPHUM

MECLENBURGICUM, literatorum PRINCIPUM hodie PRINCIPEM, bonorum ingeniorum & æstimatorem & cultorem sine exemplo incomparabilem, commovit, ut eundem A. MDCXCI. ad Neo-Caldensem Ecclesiam vocaret, simulqve eundem sancto utriusq; Synodi, Dargunensis & NeoCaldensis, Ministerio, me sacra faciente, (cui Ecclesiarum ejus Districtus cura atqve gubernatio à PRINCIPLE demandata est) tanquam PRÆPOSITUM, præesse juberet. Nec propensam significare ei voluntatem omisit, si ad summum in Theologiâ decus per consveta examina vellet contendere. Quem Heri sui nuntum, qvi ei mandati instar erat, cum persensiceret, vel solâ obseqvendi religione excitatus, Venerandæ Facultati Theologicæ superiori anno & desiderium suum exposuit & nemine ullo refragantè obtinuit. Speciminis loco jussus exegesis scribere ad illustrem Amosilocum, qvi nunctitulum Jnauguralis Disputationis præfert, negotium ita contecit, ut & ad rigorosum, qvod vocant, examen admitteretur & admissus eximia, planeq; singularis eruditionis ederet documenta. Nunc id tantum superest, ut ad ipsum Jnauguralis colloqvii actum, qvicunq; non eminus amplius, me collaudante, sed præsentè intuitu cognoscere Candidatum nostrum cupiunt, confluant, discantq; experimento, non vani exempli me fuisse encomiasten.

Id ut ad diem XIIX. mensis Maji benevolentissimo adfetu faciant Magnificus ordinis nostri RECTOR, Patres, Civesq; Academiae Universi, observanter mihi atq; officiose colendi, Collegii nostri meoq; nomine, summo, qvo possum, studio oro rogoq;

P. P. Sub Sigillo Facultatis Theologicæ. Rostochii,
d. VII. Maji, A. MDCXCIII.



suam publicè venalem exposuit, in
 Commendatâ divinæ Providentiæ nos
 sub umbone sacræ panopliæ, curiosi
 fatis ac futuris eventibus non indulge
 ones expetendæ vel expectandæ. (8)
 ingerantur, quæ vel formaliter vel
 stri, quod s. hæreseos, s. illusionum S
 naticarum, s. turbatae alias phantasia
 vant, non est, quod eventui adhuc c
 tereâ hominum animis, sed confest
 in prædictis jure suspectum menti o
 Concl. hac 35. digitum intendimus)
 relinqvatur, non tamen præsumend
 missus & ministerio ecclesiastico co
 priè sic dictus Amosæus; idqve tanto
 comperta vaticinia, de quibus fortè
 nõ providus, (quàm rari enim nat
 nignius senserit, cautius mercari jam
 Pio plurimorum θεοσόφων judicio res
 qve animo non jam præoccupato, su
 silium, ambiente. (11.) Omnium r
 quæ menti fortè nostræ, quodam v
 principio, s. interno s. externo, ipse
 in varias partes & loca se agitante &
 mento Angelis ejus, proficiscatur,
 proprius sinus in istâ φιλαυτίας huma
 distinguitur) sententia, tanquam e
 jam cognita ac probata, cum publicè
 aliorum contrâ aliter sentientium
 condemnatione perumpat ἐκ τῶν ὀδῶν

XXXVI. Si quæ offeratur
 abstrahens, genuinum Scriptur
 ministerium ordinarium. ἀρχοῦ
 τῆς λόγῃ, traducens, dogmaqve
 K;

itandum. (7.)
 ecclesiæ sorte,
 de specialibus
 e his revelati
 imen quædam
 r aliquid lini
 pressionum fa
 rabeat, invol
 , suspensis in
 e. (9.) Si nihil
 speciatim in
 oco prædictio
 tra ordinem
 propheta, pro
 post tot falsi
 n non omni
 te vasto) be
 ebamus. (10.)
 ubjicienda; id
 em, non con
 mittendum, ut,
 i, (qui ex quo
 τῆς μυστικῆς
 entibus in mo
 præcipuè ubi
 e excutiendus,
 irrefragabiliter
 placet, elogio,
 θεομαχέων,

â S. Scriptura
 pervertens,
 τὴν διδασχὴν π
 ns ἀγαθὸν &
 ἀνίγρα-

